



Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

4 Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende, ne fortè labaris in
lingua. Eccl. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Quod silentium in hoc consistit, posse verbis coperire & tegere nostrum secretum, dicendo liberè & audacter illud quod potest, & quod debet in conversationibus dici.

Secretum enim est sicut thesauros qui media ex parte jam est notus, quando scitur, quod sit absconditus.

REGULA QUARTA.

Ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis, & attende ne forte labaris in lingua. Eccl. 28.

PARAPHRASIS.

Ori tuo facito ostium. Relinque portas tua scrinia & tuos thesauros fines, quam tua labia: & sis sollicitus ex ore tuo exeat aliquod verbum quod possit offendere, aut culpam subiectum.

Praesigures tibi, ait Propheta, quod sim societatibus, sicut super glacie, solletere & sapienter progrediendum est. Time semper ne tua lingua labaris & tuum judicium cum illa cada-

Quot verba inadæquata , indiscreta,
& temeraria pronuncias , tot lapsus
tui ingenij facis, qui cadunt super alios
& eos vel ladunt vel incommodant.

REFLEXIO.

B Onum est consilium quod nobis
datur ad impediendum, ne aliquod
simile verbum possit de ore nostro exi-
re, ut ei seras apponamus.

Cùm autem oporteat illud sæpè ape-
rire, & loqui quando ratio & necessitas
id volunt, videtur quod hæ seræ parum
profint. Mala enim verba sunt proxi-
miora apud portam, elabuntur inter bo-
na: Et quia bonum est loqui, impossi-
ble quasi est, posse impedire, ne quis
malè loquatur.

Potest tamen hoc fieri , quando ipsa
prudentia claves retinet, cuius principa-
lis occupatio in nobis sit, esse continuò
apud dictam portam oris nostri, & eam
claudat & aperiat tam sæpè quam id ne-
cessitas requirit. Statim enim quò illa
abest, accidunt perturbationes & disor-
dines, & potest dici, quod major pars
infelicitatum, quæ in civitatibus & do-
mibus

mibus fiunt, & quæ tot lacrymarum ca-
fæ sunt, proveniunt ex eo, quod pro-
denta non sit ubique, ubi hominum
linguae comparent. *Lingua civitan-*
muratas destruxit, domos Magnatum
effudit. Eccl. 28.

Ubi verò hæc dicta prudentia est, in
una res ex admirabilioribus vitæ nostræ
humanæ accidit, quod nempe talis
sapiens & prudens, sicut alii promptius
loquatur, sua non diu quærendo & no-
merando verba, interim tamen nullum
proferat, quod hæc ipsa prudentia non
consideraverit, & super quod ea non
fecerit suas judicia-sas reflexiones.

Discursus ejus est aqua currenti & no-
pida, sed hic ipse cursus non impedit que-
minis non tantum sibi temporis sumat
unamquamque considerandi guttam, &
nullam præterire sinendi, quam non
cognoverit aut examinaverit.

Ita ut verum sit, quod in mundo in-
ter miraculosas promptitudines habet
possit aliquod eminens & illuminatum
ingenium, quod omnia quæ dicit, bene
consideravit. Ubi lingua necesse habet

integrum
ingenium
ad corrum
pronuntiatio
distinximus
cum illis

U
nis, du
consiste
pareat
nec se
minatur

R
Qui
stul

Qui
re
tu

I N
co
Hinc
dore
malè
int

integras horas ad loquendum , ibi tali ingenio minus uno momento opus est ad contemplandum omnia verba , quæ pronunciat , & omnia quæ retinet , ad distinguendum illud quod dicere habet , cum illo quod reticere debet .

Uno verbo suprema perfectio hominis , dum conversatur cum suis similibus , consistit in eo , ut ex quolibet verbo appareat , hoc non esse quidem exquisitum nec selectum , esse tamen perfectè examinatum .

REGULA QUINTA.

*Qui prius respondet quam audiat ,
stultum se esse demonstrat . Prov . 18 .*

PARAPHRASIS.

*Qui respondet antequam audiat , non
respondet , quam ut dicat se esse stul-
tum .*

REFLEXIO.

IN hoc ordinariè erramus , quod inconsideratè & nimis citò loquamur . Hinc poenam habemus , quod cum pudore debeamus revocare illud , quod malè locuti fuimus ; Et ex nostris pecca-
tis